



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

14. Dies Janvarii. O Beata solitudo! o sola Beatitudo! S. Romaldus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

14. DIES JANVARII.

○ Beata solitudo ! ○ sola Beatitudo
S. Romualdus.

Solitudi- I.
nis com-
menda-
tio.

SI tibi hunc Sacrum quem suade-
secessum, non persuaserint Mun-
di miseriæ, ad eum vel invitum in-
vitabunt solitudinis delitiæ. Quis
potest deesse deliciarum homini, cum illic adest
jus delitiæ sunt esse cum filiis hominum? Verè ergo
beata Solitudo, ubi sola est Beatitudo. Ejus abscon-
ditos thesauros oculis expono. Tu illos aspice, inspi-
ce, & inspectos suspice. Solitudo est tempestatur
omnium portus; quem qui fugit, quid superest quat-
ut portu careat, volvatur rerum pelago, vivat in se-
pulis, moriatur in fluctibus! O vita melior supra om-
nes vitas! vita laborum vacua, meritorum plena, ubi
expectatur salus, portatur suave jugum Domini, te-
cetur, & sedetur, & sedendo consurgitur, Vita refor-
matrix animæ, reparatrix morum, palæstra luctan-
tium, arena currentium, campus pugnantium, ar-
cus triumphantium, legentium Bibliotheca, indi-
gentium apotheca, meditantium cella, orantium
penetrabile. Illic quæ voluntas! cogitare, vel spre-
mundi delicias, vel contemptos honores, vel bene-
sparsas divitias, vel despectas voluptates, vel negle-
ctas minas, vel calcatam calamitatem. Ibi solus cum
solo Deo, lætè præsentibus utitur, & futura æqua-

nimi

Januar.

Tessera.

35

nimiter expectat ; non pendet in crastinum ; nihil in posterum differt , quod hodie fieri possit , aut debeat ; id omnibus modis agens , ne datum tempus , cui neque stimulos addere vult , neque frœnum potest , inutiliter effluat.

II. Itaque sive consilium est servire Deo , quæ una est libertas & sola felicitas , sive ingenium excolere bonis artibus , sive animum imbuere raris virtutibus , sive vitam expolire probis moribus , sive aliquid meditando , & scribendo nostram memoriam relinquere posteritati , atque ita dierum fugam sistere , & hoc brevissimum vitæ tempus extendere , paucorum dierum inducias à nobis impetremus , & à futilibus curas , quæ nos obsident , atque circumsonant , animum seducamus. Quapropter relinque urbem mercatoribus , advocatis , proxenetis , scæneratoribus , publicanis , tabellionibus , unguentariis , lationibus , cocis , pistoribus , sartoribus , lenonibus , parasitis , circumscriptoribus , ac scurris , edacibus odorem fori vigilinare captantibus , qui illi inhiant. Illi semper pendeant , ac volvantur , tu ad petram pressis vestigiis insiste ; illi semper hæreant , tu progredere. Illi semper dubii consultant , tu tandem salutare consilium exequere : denique fugientem mundum amplexentur , teneantque si possint , tu Deum , & quære dum inveniri potest , & invoca dum propè est , quin & dum corpus tuum peregrinatur ab urbe , peregrinetur & animus à corpore.

III. Vis ad hæc quæ dixi auctoritatis pondus adjici?

C 2

adjici? (a) *Solitudo est possessio Dei. Solitarius est formae terrestri Angeli. Solitudo est ambulatorium Dei. Solitarius quasi quidam novus Paradisi colonus. Solitudo est curia caelestium Senatorum.* Placet suspicere, quatenus altè ascendat, & quo assurgat? Audi Prophetam: (b) *Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavit super se.* Vide solitarium levari super se, hoc est inter homines majorem fieri hominem, nullis scilicet vitae hujus calamitatibus tangi, nullis vexari molestiis, nullis infortiorum turbinibus agitari, eo planè modo, quomontis Olympi vertex adeò se altè extollit, ut nullventorù, ac tempestatum impetu quatiatur. Dic ego cum Hieronymo (c) *Habeat sibi Roma suos tumultus, arena se viat, circus insanat, theatrum luxurient, non adherere Deo bonum est, & ponere in Domino spem nostram.* Obfignet hoc solitudinis elogium D. Cypriani testimonium. (d) *Una igitur placida, & fida tranquillitas, una solida & firma securitas, si quis ab his iniquitatis saeculi turbinibus extractus, salutaris portus statim fundetur, ad caelum oculos tollat à terris, & ad Dominum munus admissus, ac Deo suo mente jam proximus, quidquid apud ceteros in rebus humanis sublime, ac magnum videtur, intra suam jacere conscientiam gloriatur. Nihil appetere, jam nihil desiderare de saeculo potest, quia saeculo major est. Tu igitur qui es haeres caeli, ut fistula major, & in terra te caelo inferas, ab eorum te commercio segregata, qui nil nisi terrena sapiunt, memineris illius metri,*

A re terrena procedunt mille venena.

15. DIE

(a) Philo. Quis recur. Climac. gra. 27. Petr. Cellensis L. 4. Ep. 2. (b) Jerem. Thren. 3. (c) Hieron. Epist. 4. Basil. de laud. Erem. (d) L. 2. Ep. 7. Epist. ad Donat.